

nec modo factum est nec fit nec est nec post fiet nec generabitur nec erit nec substantiae particeps est. Ista enim verba: erat, fiebat, generatum est praeteritum tempus significant; erit autem, fiet et generabitur futurum; est vero et generatur et fit praesens. Quod autem nulli subiacet tempori, id nec erat nec est nec erit. Ex quo fiet, ut nullum etiam nomen ei inditum sit, nulla definitio detur, nulla scientia aut sensus aut opinio eius habeatur. Itaque nec nominatur nec dicitur nec cogitatur nec cognoscitur nec ab aliquo ente sentitur. Haec Platonis verba sunt in Parmenide, quamvis pauca ex multis collegi. In aliis vero operibus suis ut in Phaedro, Phaedone, Philebo, Timaeo, Sophista, Legibus, Re publica, Epistulis, omnibus denique locis, in quibus de rebus divinis mentionem facit, semper sui similis est eademque de iisdem dicit, quod viri docti officium et verae atque inconcussae rationis testimonium est. Ubique enim primum omnium principium Plato unum appellat, ubique opificem et creatorem universi, ubique summum bonum, regem et conditorem omnium nominat. In promptu sunt Graeci eius libri, quos qui volet legere poterit et ex linguae illius fonte haurire, quae nos interpretamur, ut possumus. Adeo autem haec Platonis theologia sanctissimis fidei nostrae doctoribus grata fuit, ut quotiescumque de deo aliquid scripserunt, non modo sententiis eius, sed etiam verbis uti voluerint.

Nam vir sanctissimus Dionysius Areopagita, qui primus et summus Christianae theologiae auctor fuit neminemque ante se habuit divinarum rerum scriptorem praeter apostolum Paulum et Hierotheum Athenarum pontificem, quibus ipse praeceptoribus usus est, in libro, quem de divinis nominibus edidit, ita scripsit: »Manet quidem supra omnes substantias supersubstantialis infinitudo et supra mentes supermentalis unitas, et omnibus intellegentiis inintellegibile est, quod omnem intellegentiam superat unum et ineffabile, quod omnem dicendi rationem excedit, bonum.« Et rursus: »Unitas unifica omnis unitatis supersubstantialis substantia, mens inintellegibilis, ratio ineffabilis, irrationabilitas, inintellegibilitas, innominabilitas est, nullius entis similitudinem gerit et causa est entium omnium, ipsum autem est non ens, utpote quod ultra omnem substantiam est.« Item: »Non sensus eius est, non imaginatio, non opinio, non ratio, non scientia, non nomen.« Et paulo post: »Supersubstantiale divinum principium, quod sit superessentia superbonitatis, minime intellegi potest. Nec enim ut rationem aut virtutem, nec ut mentem aut vitam aut substantiam memorare fas est cuiquam eorum, qui veritatis omnem veritatem superantis amore tenentur; sed ut ab omni habitu, vita, magnitudine, opinione, nomine, ratione, mente, intellegentia, substantia, motu, statu, loco, unione, fine, infinitudine, omnibus denique rebus superlative abstractum perinde intellegendum est.«

Haec, per immortalem deum, nonne a Platone per eadem fere verba Dionysius sumpsit? Quid Gregorium memorem, qui ob excellentiam huius disciplinae theologi cognomentum apud Graecos adeptus est? Hic in ser-

κληθείς; »θεὸς ἦν μὲν αἰί, φησὶν ἐν τῷ εἰς τὸ πάσχα, καὶ ἔστι καὶ ἔσται. μᾶλλον δὲ ἔστιν αἰί· τὸ γὰρ ἦν καὶ ἔσται τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου τμήματα καὶ τῆς ῥευστῆς ταύτης φύσεως. ὁ δὲ ὢν αἰί καὶ τοῦτο αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει τῷ Μωϋσῆ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους. ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν ἔχει τὸ εἶναι, μήτε ἀρξάμενον, μήτε παυσόμενον«. καὶ μετὰ τινά· »ἄπειρον οὖν τὸ 5 θεῖον καὶ δυσθεώρητον. καὶ τοῦτο πάντῃ καταληπτὸν αὐτοῦ μόνον ἢ ἀπειρία«, καὶ τὰ ἐξῆς. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς μιᾶς καὶ πρώτης τῶν ὄντων ἀρχῆς καὶ τῆς ἐνὸς θεοῦ ἀπλότητός τε καὶ ἐνότητος Πλάτων τε ἐφιλοσόφησε τῷ φυσικῷ φωτὶ ὀδηγούμενος καὶ οἱ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων ἀγιώτατοί τε καὶ σοφώτατοι καὶ τῆς Χριστιανικῆς ἀληθείας καὶ θεολογίας καθηγεμόνες 10 πνεύματι θείῳ ἐλλαμφθέντες θεολογοῦσι, μαρτυροῦντες ἐν τούτοις τῷ Πλάτωνι τοῦτό γε τὸ μέρος ὀρθὰ δοξάσαι. εἰ δ' οἱ μάλιστα τῶν ἡμετέρων διδασκάλων προέχοντες τὰ Πλάτωνος ἐνταῦθά γε ἀποδέχονται, περὶ τῶν ἄλλων ἀμφιβάλλειν οὐ χρεῖ· πάντες γὰρ οἱ ἄλλοι τὰ αὐτὰ τούτοις φασίν. οὐς ἡμεῖς φεύγοντες τὸ μῆκος τῶν λόγων παραλιμπάνομεν. 15

- 4U44 Λέγει δὲ καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν Νόμων· »ὁ μὲν δὴ θεός, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχὴν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἀπάντων ἔχων, εὐθείαν περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δ' αἰί ξυνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θεοῦ νόμου τιμωρός, ἧς ὁ μὲν εὐδαιμονήσειν μέλλων ἐχόμενος ξυνέπεται ταπεινός καὶ κεκοσμημένος, εἰ δὲ τις ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγα- 20 λαυχίας ἢ χρήμασιν ἐπαιρόμενος ἢ τιμαῖς ἢ σώματος εὐμορφία ἅμα νεότητι καὶ V35<sup>v</sup> ἀνοίᾳ φλέγεται τὴν ψυχὴν μεθ' ὕβρεως, ὡς οὔτε ἀρχοντος οὔτε τινὸς ἡγεμόνος δεόμενος, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἰκανὸς ὢν ἡγεῖσθαι, καταλείπεται ἔρημος θεοῦ.« καὶ σκέψαι πόσα ἐν τούτοις τοῖς λόγοις εὐρήσεις τῇ θείᾳ γραφῇ συνωδὰ. »ἐγὼ, φησὶν ἐκείνη, θεὸς πρῶτος καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα.« οὗτος· »ὁ θεὸς ἀρχὴν καὶ 25 B27<sup>v</sup> τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἔχει«. οὗτος· »εὐθείαν περαίνει«. ἐκείνη· »εὐθύτητας οἶδε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ«. ἐκείνη· »δίκαιος κύριος καὶ δικαιοσύνας ἡγάπησε«. »καὶ ἐμοὶ ἐκδίκησις· ἐγὼ ἀνταποδώσω«. οὗτος· »τῷ δ' αἰί ξυνέπεται δίκη τιμωρός«. καὶ οὗτος μὲν· »ἧς ὁ εὐδαιμονήσειν μέλλων ἐχόμενος ξυνέπεται ταπεινός«. ἐκείνη· »ὀπίσω κυρίου τοῦ θεοῦ σου πορεύση«. 80 κάκεινη μὲν· »θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται«. οὗτος δέ· »ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγαλαυχίας καταλείπεται ἔρημος θεοῦ«, ἐν τε Φιλήβῳ· »νοῦς ἔστι βασι- U44<sup>v</sup> λεύς ἡμῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς«. καὶ τοῦτο διὰ μακροῦ ἀριστά τε καὶ κάλλιστα ἐξεργάζεται, καὶ εὐρήσεις ἐκεῖνον διεξιῶν. καὶ ἐν Τιμαίῳ· »τί τὸ ὄν μὲν αἰί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον;« καὶ »τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτόν, αἰί 85 κατὰ τὰ αὐτὰ ὄν«. καὶ ὅσα ἄλλα ἐκεῖ σοφώτατα ἐκτέθειται. ἀλλὰ Πλάτων μὲν οὕτω περὶ γε τοῦτο τὸ μέρος εὐδοκίμησεν. Ἀριστοτέλης δὲ ἄτε περὶ

18 εὐθεία *editiones* | 19 μέλλων U V θέλων B | 20 εἰ δὲ τις *Burnet* ὁ δὲ τις U B V | 30 κυρίου *corr.* U<sup>x</sup> *ex* αὐτοῦ | 90,87—92,3 ἄτε περὶ — βασιλεύς B<sup>2</sup> *in marg.* V M Z *in textu*, *quo loco* B εἰ τι τοιοῦτον περὶ τούτων εἶρηκεν, αὐτὰ αὐτοῦ τὰ συγγράμματα δείξει. ἡμεῖς γοῦν οὐδαμοῦ τοιούτοις γε ἐνετύχομεν, καίτοι γε πάντα τὰ αὐτοῦ ἀναγνόντες, πλὴν τοῦ ἐν τοῖς Μετὰ τὰ φυσικά ἐξ Ὀμήρου αὐτῷ εἰλημμένου· »εἰς κοίρανος, εἰς βασιλεύς« *quo loco* U εἰ τι τοιοῦτον — ἀναγνόντες, *cui* U<sup>x</sup> *add.* πλὴν γε τοῦ — βασιλεύς.

mone de resurrectione domini: »Ita, inquit, deus erat et est et erit vel, ut rectius dicam, semper est. Verba enim ista: erat et erit temporis nostri naturaeque huius fluxae atque instabilis particulae sunt. Ille vero semper ens est, idque se ipse nominat, cum Moysen in monte alloquitur. Totum enim in se essentiam complexus est, quae nec inceperat esse nec desinet.« Et paulo post: »Infinita igitur dei ratione contemplari quidem facile (non) potest. Idque unum de ea percipi haud difficile est, ut infinita esse intelligatur.« Haec de uno et primo omnium principio ac de simplicitate et unitate dei Plato luce dumtaxat naturae illustratus scripsit, haec nostri sanctissimi sapientissimique doctores Christianae religionis proceres divino afflatu spiritu docuere, quae res aperte satis testari videtur recte haec et sensisse et scripsisse Platonem. Quodsi principes nostrae fidei hoc sentiunt, quis ceteros dubitet id ipsum opinari? Sed hos brevitatis gratia omittimus.

Illud vero, quod Plato quarto de Legibus scripsit, nonne libris nostrae religionis quam simillimum est? »Deus, ut vetus sententia est, principium, finem et medium rerum omnium continens recte incedit, naturae ratione cuncta perlustrans. Hunc semper iustitia sequitur vindex eorum, qui divinae legis praevaricatores fuerint, hunc qui felix futurus est devinctus consequitur humilis et modestus, qui vero superbia elatus vel pecuniis insolens vel honore vel forma corporis vel iuventute simul atque amentia per contumeliam animo erectus non principem, non ducem sibi ullum desideret, quasi ipse alios regere possit, deseritur a deo et solus miser vagatur.« Animadvertite, obsecro, quanta sit horum verborum cum sacris litteris similitudo atque conformitas. »Ego, inquit illae, deus sum primus et ego postea ero.« Hic: »Deus principium, finem et medium rerum omnium continet.« Illae: »Rectitudines novit facies eius.« Hic: »Recte incedit.« Illae: »Iustus dominus et iustitias dilexit.« »Et mihi vindicta, ego retribuam.« Hic: »Hunc semper iustitia sequitur vindex.« Illae: »Post dominum deum tuum ambulabis.« Hic: »Hunc qui felix futurus est devinctus consequitur.« Illae: »Deus superbis resistit.« Hic: »Superbus a deo deseritur.« Ad haec in Philebo: »Mens, inquit, rex caeli et terrae est,« quod postea in longum optime pulcherrimeque declarat. Quem ad modum etiam in Timaeo quaerit, quid sit, quod semper est et nullam habet generationem, et: »Hoc quidem, inquit, intellegentia cum ratione comprehendi potest, semper eodem modo substans,« et reliqua, quae ibi sapientissime explicantur. Plato itaque in his mirifice ab omnibus comprobatus est. Aristoteles vero, quicquid de huiusmodi rebus scripsit, Platonem secutus

1 Greg. Naz. Or. 45 (Migne P. gr. 36, 625 C). | 5 Greg. Naz. Or. 45 (Migne P. gr. 36, 628 A). | 16 Plat. Legg. IV. 715 e—716 a. | 24 Is. 41, 4. | 26 Plat. Legg. IV 715 e. | 26 Plat. Legg. IV 716 a. | 27 Ps. 10, 7. | 28 Rom. 12, 15. | 28 Plat. Legg. IV 716 a. | 80 cf. Osee 11, 10. | 81 Prov. 3, 4. I Petr. 5, 5. | 81 Plat. Legg. IV 716 a. | 82 Plat. Phil. 28 c. | 84 Plat. Tim. 27 d — 28 a.

τούτων εἶρηκεν, Πλάτωνά τὸν καθηγεμόνα μιμησάμενος εἶρηκεν. οἷόν ἐστιν ἐκεῖνο τὸ ἐν τοῖς Μετὰ τὰ φυσικὰ ἐκ τῶν Ὀμήρου ληφθέν· »εἷς κοίρανος, εἷς βασιλεύς«, καὶ εἴ τί που φησὶν μηδὲν μάτην ποιεῖν τὸν θεὸν καὶ τὴν φύσιν, καὶ ἃ ἐν τε τῷ ἐσχάτῳ τῆς Φυσικῆς ἀκροάσεως ἐν τε τῷ τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ γ' περὶ τοῦ πρώτου κινουῦντος, ἀκινήτου γε αὐτοῦ ὄντος, φιλο- 5 σοφεῖ· ἅπερ εἰ καὶ ὀρθῶς εἶρηται, ὅσον μὲν ὑπὸ Πλάτωνος σεμνότερόν τε καὶ ὑψηλότερον εἶρηται λανθάνει οὐδένα.

Κεφ. ε' "Οτι ἀμαθῶς ἐξέλαβεν ὁ κατήγορος τὰ τῷ Ἀριστοτέλει ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ πρώτου τῶν περὶ Οὐρανοῦ εἰρημένα.

**5,1** »Ἀλλὰ τὸν περὶ τριάδος λόγον, φησὶν ὁ κατήγορος, Ἀριστοτέλης μὲν 10 ἀριστα ἐν τῷ περὶ Οὐρανοῦ προοιμίῳ παρέδωκε, Πλάτων δὲ οὐδαμῇ οὐδένα **V 36** λόγον πεποίηται. μᾶλλον μὲν οὖν τούναντίον πολλοὺς θεοὺς τίθεται καὶ πλῆθος εἰσάγει δαιμόνων, οἷς καὶ θύειν καὶ λατρεύειν παρακελεύεται.\* διακωδονισωμεν οὖν καὶ τούτοις αὐτοῦ τοὺς λόγους, εἴ τι ὑγιές ἢ σαθρόν τε καὶ κίβδηλον ὑπηχοῦσι. πρῶτον μὲν οὖν ἅπερ Ἀριστοτέλης περὶ τριάδος φησὶν 15 ἐν ἀρχαῖς τοῦ περὶ Οὐρανοῦ, — »τὰ τρία πάντα εἶναι λέγων καὶ τὸ τρις πάντη. καθάπερ φασὶν οἱ Πυθαγορεῖοι, τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὄρισται. τελευτῇ γάρ καὶ μέσον καὶ ἀρχὴ τὸν ἀριθμὸν ἔχει τοῦ παντός, ταῦτα δὲ τὸν **B 28** τῆς τριάδος.« — ταῦτα οὖν καίτοι οὐχ ἤττον ματαλοῖς ἢ πολλοῖς λόγοις ὁ κατή- **U 45** γορος Πλάτωνος δεικνύναι πειρᾶται τὸν περὶ τῆς θείας καὶ ἀρρήτου τριάδος 20 συνιστᾶν λόγον. οἱ μᾶλλον τούτου συνιέντες κρινέτωσαν. οὔτε γάρ τις Χριστιανῶν οὔτε Γραικῶν οὔτε Λατίνων ἐξηγητῶν τοῦτο οὕτως ἐξέλαβε, καίτοι ἠδέως ἂν, εἰ ἐνεχώρει, οὕτως ἐκλαβόντες, καὶ μάλιστα ὁ παρὰ Λατίνοις τοῖς νεωτέροις σοφώτατος καὶ διαλεκτικώτατος γενόμενος ἅγιος Θωμᾶς, αὐτὸς τε καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον Περιπατητικοὶ πάντες γενόμενοι, καίτοι μεγίστην 25 σπουδὴν ποιούμενοι τοῖς Ἀριστοτελικοῖς λόγοις τὰ ἡμέτερα συνιστάνειν, ἐντεῦθεν τινὰ καὶ (οὐ) σμικρὰν βοήθειαν πορισάμενοι ἂν. οὔτε ἡ τῶν λεγομένων ἀκολουθία τοῦτο δείκνυσι. συνιεὶς δὲ καὶ αὐτὸς τῆς ἀτοπίας τῆς αὐτοῦ περινοίας καὶ τῶν σκινδαλμῶν τῶν αὐτοῦ λόγων τῆς τε λεπτότητος τῶν φρενῶν, καὶ ὡς μόνος καὶ πρῶτος τοιοῦτός γε τούτων ἐξηγητῆς γεγέ- 30 νηται, παραιτεῖται τε τοὺς ἀκούοντας καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν οἴεσθαι πείθει, εἰ αὐτῷ ὁ θεὸς ἀπεκάλυψεν, ἃ τοσοῦτοις τε καὶ τοιοῦτοις ἀνδράσι καὶ οὕτω σοφοῖς καὶ ἁγίοις ἀπέκρυψεν. οὕτω γελοῖα περὶ ἑαυτοῦ ὁ ἄνθρωπος οὕτως φρονεῖ.

■ Ἀριστοτέλει γάρ τό γ' ἐνταῦθα βουλόμενόν ἐστιν, ἐν τῇ Φυσικῇ περὶ 35 τῶν φυσικῶν ἀρχῶν, ὕλης, εἴδους καὶ στερήσεως διαλαβόντι, ἐν τοῖς περὶ τοῦ Οὐρανοῦ περὶ τῶν ἐκ τῶν ἀρχῶν συγκειμένων διαλεχθῆναι. τοιαῦτα δ' ἐστὶ τὰ σώματα, ὧν τὸ τριχῆ διαστατὸν ἴδιον. »μεγέθους γάρ τὸ μὲν

6/7 ἅπερ — οὐδένα B<sup>2</sup> in marg. V M Z in textu, quo loco UB οὐ μέντοι γε παρὰ τοῦτο αὐτοῦ καταψηφιζόμεθα | 20 ὁ κατήγορος Πλάτωνος B V M ὁ μῶμος οὗτος U | πειρᾶται scripsi πειρώμενος codd. | 25 γενόμενοι U V γινόμενοι B M | 27 πορισάμενοι ἂν

est, quamvis non ita expresse de his locutus fuerit. Quale est, quod in libro de divinis rebus ponit Homericum illud: »Rex unus, princeps unus,« aut si uspiam deum et naturam nihil frustra agere profitetur, aut si qua Naturalis auditionis libro ultimo et Divinarum rerum duodecimo de primo 5 movente immobili, per se substantive brevissime attigit. Quae etsi recte sapienterque ab eo scripta sunt, quantum tamen inter haec et Platonis dicta intersit, facile quivis potest iudicare.

Cap. V. Quod inepte interpretetur adversarius verba Aristotelis in principio de Caelo et Mundo.

10 Atqui de trinitate divina optime disseruisse Aristotelem scribit ad-5,1  
versarius in principio eius libri, qui de Caelo inscriptus est. Platonem vero  
nusquam de ea re quicquam dixisse, immo vero plures posuisse deos et  
daemonum multitudinem, quibus exhiberi divinum cultum oporteret. Quan-  
tum vero haec verba calumniam prae se ferant, mox videbimus. Primum,  
15 quae de trinitate in principio eius libri Aristoteles scribit, — »tria cuncta esse  
et ter quaque parte secundum Pythagoreorum sententiam, qui universum  
et cuncta ternario numero terminari volunt. Principium namque, medium  
et finis numerum universi obtinent. Haec autem ternarium faciunt.« — ista  
ineffabilem trinitatis divinae rationem explicare non minus inepte quam  
20 prolixè adversarius contendit. Quae res si ita foret, nequaquam id subti-  
cuissent tot praeclaro ingenio expositores, tam Graeci quam Latini, qui  
adversarium praecesserunt. Praesertim sanctus doctor Thomas, vir et acu-  
mine ingenii et optimarum artium philosophiae studiis insignis, qui opinio-  
nes nostras Aristotelicis rationibus, quantum fieri potuit, roborare conatus  
25 est, hic profecto et qui eum secuti sunt doctissimi viri, si quid tale  
religioni nostrae lucrifacere potuissent, id procul dubio fecissent. Sed neque  
hi locum illum ita intellexerunt. Et structura orationis nihil tale significat.  
Quod cum adversarius ipse non ignoraret, volens novum hoc genus ex-  
positionis quasi monstrum quoddam excusare, a deo sibi revelatum fingit,  
30 multisque verbis ostendere conatur haud mirum esse, si arcanum, quod  
tot sanctissimos viros latere voluerat, uni sibi deus revelarit. Ita pueriliter  
atque inepte se iactat.

Aristoteles autem, cum in libris, quos de Naturali auditione conscripsit, 2  
de principiis rerum naturalium disseruisset, materia, forma et privatione,  
35 statuit librum de Caelo subiungere, in quo res ex principiis illis compositas  
tractaret. Haec autem sunt corpora, quorum proprium est tribus dimensio-

U<sup>x</sup> corr. ex ἐπορίσαντο | 83/84 οὕτω γελοῖα — φρονεῖ B V M Z οὕτω γελοῖά τε καὶ ἀνόητα φρονεῖ περὶ ἑαυτοῦ ὁ μωρόσοφος οὗτος ἀνθρωπίσκος. U

2 Arist. Metaph. μ 1. 1076 a, 4. | 5 cf. Arist. Metaph. ε 8. 1012 b. | 16 Arist. De Caelo α 1. 268 a, 9—13. | 88 Arist. De Caelo α 1. 268 a, 7—10.

- V 36<sup>v</sup>  
U 45<sup>v</sup> ἐφ' ἐν γραμμῇ, φησί, τὸ δ' ἐπὶ δύο ἐπίπεδον, τὸ δὲ ἐπὶ τρία σῶμα. καὶ παρὰ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἄλλο μέγεθος διὰ τὸ τρία πάντα εἶναι καὶ τὸ τρίς πάντη. « τοιοῦτον δὲ καὶ τὸν οὐρανὸν δηλαδὴ εἶναι. περὶ φύσεως οὖν καὶ τῶν φύσει συνεστώτων ὄντος αὐτῷ τοῦ λόγου καὶ φυσικῶν σωμάτων, τίς περὶ θεοῦ λόγος, τίς περὶ τῆς αὐλοῦ καὶ ἀσωμάτου φύσεως, τίς περὶ τριάδος 5 τῆς ὑπὲρ πάντα λόγον καὶ ἔννοϊαν, ἀνθρώπε, χῶρα ἐνταῦθα; τῷ ὄντι ὄνειροι ταῦτα καὶ χίμαιρα καὶ τραγέλαφος καὶ κενῆς ἀναπλάσματα διανοίας. εἰ δὲ καὶ ἰσχυρογνωμονῶν ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν ἐρίσεις, ἴσθι κατὰ σαυτοῦ μᾶλλον καὶ ὑπὲρ Πλάτωνος ἢ Ἀριστοτέλους ἐνιστάμενος. μάρτυρας γὰρ τῶν ἑαυτοῦ λόγων Ἀριστοτέλης ἐνταῦθα τοὺς Πυθαγορείους ποιεῖται. »τὰ γὰρ τρία 10 πάντα καὶ τὸ τρίς πάντη φησὶν εἶναι. καθάπερ φασὶν οἱ Πυθαγορεῖοι, τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὄρισται. τελευταῖα γὰρ καὶ μέσον καὶ ἀρχὴ τὸν ἀριθμὸν ἔχει τοῦ παντός. οὐχ ἑαυτοῦ οὖν λόγον, ἀλλὰ τῶν Πυθαγορειῶν εἰσάγει τοῦτον Ἀριστοτέλης. Πυθαγορείοις δὲ ὡς Πλάτων μᾶλλον ἢ Ἀριστοτέλης ἔπετα, οὐδεὶς ὅς ἀγνοεῖ. ὥστε καὶ εἴ τι θειότερον καὶ τῶν 15 ὑπὲρ αἴσθησιν καὶ νοητῶν τούτοις τοῖς ῥήμασιν νοεῖται, Πυθαγόρα καὶ Πλάτωνι μᾶλλον ἢ Ἀριστοτέλει ἀναθετέον, ὅς γε καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνων περὶ U 46 τῶν νοητῶν ἢ γοῦν διανοητῶν λεγόμενα οἶον περὶ ἀριθμῶν καὶ τῶν ὁμοίων ἐπὶ τὰ σωματικά ἐξειλήφει.
- 3 Ἐπειτα δὲ ἰστέον τάληθῆ λέγειν τε καὶ ἀκούειν ἐθέλουσιν, ὡς οὔτε 20 Πλάτων οὔτε Ἀριστοτέλης οὔτε τις ἄλλος τῶν τῆς Ἑλληνικῆς θρησκείας τριάδος πεποίηται μνεῖαν, ἢ Χριστιανῶν παῖδες λέγουσί τε καὶ δοξάζουσι παρὰ τῶν ἱερῶν λογίων καὶ θείας ἀποκαλύψεως παρεληφότες. ἀδύνατον γὰρ ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ ἐπ' ἐκείνην ἀναχθῆναι τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ πίστει μόνῃ καὶ θείᾳ διδασκαλίᾳ ἀνευ ἀποδείξεως καὶ οὐδαμῶς ἄλλως ἐκεῖνα παραδεκτέα. ἄλλως 25 γὰρ, φασὶν οἱ διδάσκαλοι, οὐκ ἂν ἡμῖν ἀπέκειτο πίστεως μισθός. μηδεὶς οὖν μήτε Πλάτωνα θαυμάζων μήτε Ἀριστοτέλην ἐπαινῶν τριάδος τῆς θείας κήρυκα ἢ λατρευτὴν εἴποι· μάταιος γὰρ ὁ λόγος καὶ ψευδῆς ἅμα τε καὶ μυθικός. ἀλλότριον γὰρ ἄμφω ταύτης γε τῆς ἀληθοῦς δόξης, ἐχθροὶ ἄμφω V 37 τῆς εὐσεβείας τῆς ἡμετέρας. καὶ Ἀριστοτέλης μὲν οὐδαμῆ, οὐδέποτε, οὐ 30 μικρόν, οὐ μέγα περὶ ταύτης ἢ εἶπεν ἢ ἐνενόησε· Πλάτων δὲ εἶπε μὲν τι περὶ τριάδος, πολὺ μέντοι ἤττον, ἢ ἡ καθολικὴ πίστις διδάσκει. βαθμοὺς γὰρ θεοτήτων εἰσάγων, ἀγέννητον μὲν καὶ πάντη ἀναρχον τὴν πρωτίστην τίθεται τῶν ὄντων ἀρχήν, ἣν καὶ τὸ ἐν καὶ τὰγαθὸν καλεῖ, μηθ' ὑφ' ἑαυτοῦ μηθ' ὑπ' ἄλλου παρηγμένην, καὶ πάντη ἀναίτιόν τε καὶ ἀναρχον, ὑπὲρ 35 U 46<sup>v</sup> πάντα νοῦν, ὑπὲρ πᾶν οὔσαν τὸ ὄν. εἶτα τὸ πρῶτιστον ὄν καὶ νοῦν καὶ πρῶτιστον εἶδος, ὑπὸ μὲν τοῦ πρῶτιστου ἢ ἐν παρηγμένον θεοῦ, αὐτοπαράγωγον δὲ πη καὶ αὐτὸ ὄν ἢ ὄν καὶ νοῦς καὶ φύσεως τάξει δευτέρας. τρίτον δὲ τῇ χῶρα τε καὶ ἀξία τὴν ψυχὴν τοῦ παντός· ἢ μὲν πη καὶ αὐτὴν ἐν ὑπὸ τοῦ πρῶτιστου παρηγμένην θεοῦ, ἢ δὲ νοῦν ὑπὸ τοῦ πρῶτιστου ὄντος, 40

4 συνεστώτων U B V συνεστάντων M | 26 γὰρ ἂν *codd.* | 33 πρωτίστην U πρώτην B V M

nibus constare. »Magnitudinis, inquit, quod in unum distenditur, linea est; quod in duo, superficies; quod in tria, corpus. Praeter haec nulla alia est magnitudo, quoniam tria cuncta sunt et ter quaque parte.« Tale autem caelum quoque esse perspicuum est. Cum igitur de natura et rebus  
 5 natura compositis ageretur, quaenam occasio ferre poterat, ut de deo, de incorporea, immateriali separataque natura, de trinitate omnem rationem atque intellegentiam superante dissereret? Enimvero somnia ista sunt ac figmenta falsae imaginationis et, quem ad modum supra diximus, monstra quaedam atque portenta. Verum tamen si in contentione persistis et de  
 10 divina trinitate loqui philosophum asseveras, magis certe pro Platone quam pro Aristotele pugnas. Etenim Aristoteles huius suae sententiae testes citat Pythagoreos philosophos: »Nam tria, inquit, cuncta esse et ter quaque parte, ut Pythagoreis placet, hoc est universum et cuncta ternario terminari. Finis enim, medium et principium numerum habent universi.« Ergo  
 15 hanc rationem non tamquam suam Aristoteles profert, sed Pythagoreis adscribit, quorum Plato magis quam Aristoteles aemulus fuit. Ex quo fit, ut etiam, si quid sublimius atque divinius his verbis significetur, quam capere humanus animus possit, id Pythagorae potius atque Platoni quam Aristoteli sit tribuendum, siquidem quae illi de substantiis intellegibilibus  
 20 aut numeris et reliquis huiusmodi dixere, ea Aristoteles ad res corporeas transtulit sensuique subiectas.

Verum nisi fingere, quae a vero absunt, et falsa simulare velimus, nec Platonem nec Aristotelem nec alium quemquam gentilium fateri debemus de trinitate locutos fuisse, quem ad modum Christiani sentiunt re  
 25 nobis divinitus revelata et sacris litteris tradita. Neque enim fieri potest, ut humana mens tam excelsa sublimisque sit, ut veritatem illam possit attingere. Non est divinarum rerum quaerenda ratio, sed sola fide et divina institutione recipienda sunt, quae credimus, alioquin nulla fidei merces nobis deberetur, ut doctores ecclesiae sentiunt. Nemo igitur sive Platonem  
 30 sive Aristotelem ideo laudandum censeat, quod trinitatem divinam aut coluerint aut scripserint. Uterque enim huius verae opinionis exsors fuit et nostrae pietatis ignarus. Sed Aristoteles quidem nusquam tale aliquid aut dixit aut cogitavit. Plato vero multa certe de trinitate locutus est, sed longe aliter, quam nostra religio doceat. Quippe dum gradus divini-  
 35 tatum statueret, primum omnium entium principium ponit, ingeneratum, aeternum, nullum habens principium, a nulla causa dependens, quod et unum et summum bonum appellat, neque a se neque ab alio productum, omni mente, omni ente superius. Mox vero primum ens statuit, quod et mentem primam et formam primam vult esse, productum quidem a  
 40 primo deo qua unum, sed a se quoque qua ens et mens et ordo naturae secundae. Post haec tertium ordine et dignitate universi animam ponit, productam quidem et ipsam a primo deo qua unum, aliquo modo ac etiam a primo ente qua mens, sed qua per se mobile est a se ipsa productam.

- B29 ἢ δὲ αὐτοκίνητον καὶ ὑφ' ἑαυτῆς παρηγμένην. καὶ μέχρι τούτου τὴν θεότητα προελθεῖν. διὸ καὶ ἐν μὲν τῇ πρὸς Διονύσιον ἐπιστολῇ· »περὶ τὸν πάντων βασιλέα, φησί, πάντ' ἐστὶ καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἀπάντων τῶν καλῶν· δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα«.
- \* Ἐν δὲ τῇ τῶν Πολιτειῶν ἕκτη περὶ τοῦ δευτέρου οἶονεὶ ἐν τῇ θείᾳ 5 τριάδι προσώπου μετὰ καὶ μνήμης τοῦ πρώτου καὶ πατρὸς τὸν λόγον ποιούμενος· »ἀλλ', ὦ μακάριοι, φησὶν, αὐτὸ μὲν τί ποτ' ἐστὶ τάγαθόν, ἐάσωμεν τὸ νῦν εἶναι· πλεόν γάρ μοι φαίνεται ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ἐρμῆν ἐφικέσθαι τοῦ γε δοκοῦντος ἐμοὶ τὰ νῦν. ὅς δὲ ἐκγονός τε τοῦ ἀγαθοῦ φαίνεται καὶ ὁμοιότατος ἐκείνῳ, λέγειν ἐθέλω, εἰ καὶ ὑμῖν φίλον, εἰ δὲ 10 μὴ, ἔαν. ἀλλ', ἔφη, λέγε· εἰσαῦθις γὰρ τοῦ πατρὸς ἀποτείσεις τὴν διήγησιν.« καὶ μετὰ τινά· »ἄρ' οὖν οὐ καὶ ὁ ἥλιος ὄψις· μὲν οὐκ ἔστιν, αἴτιος δ' ὢν αὐτῆς ὁράται ὑπ' αὐτῆς ταύτης; οὕτως, ἢ δ' ὅς. τοῦτον τοίνυν, ἣν δ' ἐγώ, φάναι με λέγειν τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἐκγονον, ὃν τάγαθόν ἐγέννησεν ἀνάλογον ἑαυτῷ, ὅτιπερ αὐτὸ ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρὸς τε νοῦν καὶ τὰ νοούμενα, τοῦτο 15 τοῦτον ἐν τῷ ὁρατῷ πρὸς τε ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα.« εἶτα ἐπάγει· »τοῦτο τοίνυν τὸ τὴν ἀλήθειαν παρέχον τοῖς γινωσκομένοις καὶ τῷ γινώσκοντι τὴν δύναμιν ἀποδιδόν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν φάθι εἶναι«. καὶ αὖθις· »τὸν
- V37 ἥλιον τοῖς ὁρώμενοις οὐ μόνον, οἴμαι, τὴν τοῦ ὁράσθαι δύναμιν παρέχειν φήσεις, ἀλλὰ καὶ τὴν γένεσιν καὶ αὔξην καὶ τροφήν, οὐ γένεσιν αὐτὸν ὄντα. 20 πῶς γάρ; καὶ τοῖς γινωσκομένοις τοίνυν μὴ μόνον τὸ γινώσκεσθαι φάναι ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ παρεῖναι, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν ὑπ' ἐκείνου αὐτοῖς προσεῖναι, οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἐπέκεινα οὐσίας πρεσβεία καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος«. ἐν οἷς διαρρήδην οὐ τὸ γινώσκεσθαι μόνον ταῖς νοηταῖς οὐσίαις, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν ἔχειν παρὰ τοῦ 25 ἀγαθοῦ, δηλαδὴ τοῦ θεοῦ διδάσκει, οὐκ οὐσίας, ἀλλ' ἐπέκεινα οὐσίας ὄντος, πρεσβεία τε καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος, ὡς μηδ' ἀνάττια εἶναι τὰ νοητά, τὸν τε παραγαγόντα αὐτὰ θεὸν πολλῶ αὐτῶν καὶ πρεσβεία καὶ δυνάμει
- B29 ὑπερέχειν. καὶ τοῦτον δὲ τὸν τόπον ὁ θεολόγος Γρηγόριος ὅλον ὡς ἔχει
- U47 λαβῶν ἐν τῷ εἰς Ἀθανάσιον ἐγκωμίῳ· »ὅπερ ἐστὶ τοῖς αἰσθητοῖς, φησὶν, 30 ἥλιος, τοῦτο τοῖς νοητοῖς θεός. ὁ μὲν γὰρ τὸν ὁρώμενον φωτίζει κόσμον· ὁ δὲ τὸν ἀόρατον. καὶ ὁ μὲν τὰς σωματικὰς ὄψεις ἡλιοειδεῖς· ὁ δὲ τὰς νοεράς φύσεις θεοειδεῖς ἀπεργάζεται. καὶ ὡσπερ οὗτος τοῖς τε ὁρώσι καὶ τοῖς ὁρώμενοις, τοῖς μὲν τὴν τοῦ ὁρᾶν, τοῖς δὲ τὴν τοῦ ὁράσθαι παρέχων δύναμιν, αὐτὸς τῶν ὁρώμενων ἐστὶ τὸ κάλλιστον, οὕτω θεὸς τοῖς νοοῦσι 35 καὶ τοῖς νοουμένοις, τοῖς μὲν τὸ νοεῖν, τοῖς δὲ τὸ νοεῖσθαι δημιουργῶν, αὐτὸς τῶν νοουμένων ἐστὶ τὸ ἀκρότατον, εἰς ὃν πᾶσα ἔφεσις ἴσταται, καὶ ὑπὲρ ὃν οὐδαμοῦ φέρεται.«

18 ὅτιπερ UB V ὅτι παρ' M | 28 ἀλλ' ἔτι Burnet | τῆς οὐσίας Burnet | 29 ὅλον U V ὅλων BM

2 Plat. Ep. II. 312 e. | 7 Plat. Pol. VI. 506 d e. | 12 Plat. Pol. VI. 508 b c. | 16 Plat. Pol. VI. 508 e. | 18 Plat. Pol. VI. 509 b. | 30 Greg. Naz. Or. 21 (Migne P. gr. 35, 1084 A. B.)



Et hucusque processisse divinitatem existimavit. Quam ob rem in epistula, quam ad Dionysium scripsit: »Circa omnium, inquit, regem omnia sunt, et illius causa omnia, eaque causa est bonorum omnium. Secunda vero circa secunda, et tertia circa tertia.«

6 Sexto vero de Re publica libro, quasi de secunda trinitatis persona loqueretur, cum mentionem primae, hoc est patris fecisset, ita inquit: »Sed, o beati, quidnam sit summum bonum, hoc loco missum faciamus. Plus enim mihi esse videtur, quam ut hoc instituto assequi id possimus. At enim, qui ipsius summi boni filius eique simillimus esse videtur, hunc explicare perlibenter velim, si vobis etiam id gratum est, alioquin ipsum quoque missum faciam. Sed dic, inquit, nam patris rationem postea reddes.« Et paulo post: »Nonne sol cum minime visus, hoc est sensus videndi sit, sed ipsius visus causa, tamen a sensu ipso videtur? Ita est, inquit. Hunc igitur, inquam, dici a me existimes summi boni filium, quem summum 15 bonum generavit sibi proportionem convenientem, ut quod ipsum est in loco intellegibili ad mentem et res, quae intelleguntur, idem hic esset in loco visibili ad visum et res, quae videntur.« Tum addit: »Ergo, quod veritatem his rebus, quae cognoscuntur et cognoscendi vim ei, quod cognoscit, praebet, id esse boni ipsius ideam existima.« Et rursus: »Solem certe non 20 modo facultatem iis, quae videntur, praebere dices, ut videantur, verum etiam, ut generentur, augeantur, alantur, quamvis ipse generatio non sit. Ita certe. Et iis igitur, quae cognoscuntur, non modo ipsum cognosci, sed etiam et substantiam a summo bono provenire, non quod summum bonum substantia sit, sed quod omnem substantiam maiestate potentiaque 25 exsuperet.« His verbis Plato non modo cognosci, sed etiam esse et substantiam praebere rebus a summo bono, hoc est a deo, profitetur. Deumque ipsum supra omnem substantiam esse et maiestate potentiaque excellere, ut nec sine causa sint res ipsae intellegibiles, et deus, qui eas produxit, vi ac reverentia omnes excedat. Quem locum Gregorius theologus, cuius 80 supra mentionem feci, totum fere eodem modo sumpsit in ea oratione, quam scripsit de laudibus Athanasii. »Quod rebus sensibilibus, inquit, sol est, id est intellegibilibus deus. Alter enim lucem mundo visibili, alter mundo invisibili praestat, et alter visum corporeum, alter naturam intellectualem sibi similem reddit. Atque ut sol videntibus et videndis, his 85 quidem quo possint videre, illis quo videri possint, se ipsum praebens omnium, quae videntur, pulcherrimus est, ita deus intellegentibus et intellegendis, illis quidem ut intellegere possint, his ut possint intellegi, praestans ipse omnium, quae intelleguntur, summus est, in quem vis intellegendi omnis quiescit et progredi ultra non potest.«

40 Item Plato, quasi de verbo divino dissereret, hoc ipsum vocabulum usurpans in libro, quem Legibus suis additum Epinomidem inscripsit, ita locutus est: »Honorem, inquit, exhibeamus omnibus sidereis deis, nec huic annum, illi mensem, ceteris autem nec regionem ullam nec tempus

- Καὶ αὖ ὁ Πλάτων περὶ τοῦ θεοῦ οἶονεὶ λόγου πραγματευόμενος καὶ αὐτῇ λέξει λόγον αὐτὸν καλεῖ οὕτως ἐν τῇ Ἐπινομίδι φάσκων· «καὶ τιμὰς ἀποδιδῶμεν,» τοῖς ἀστράοις δηλαδὴ θεοῖς, »μὴ τῷ μὲν ἐνιαυτόν, τῷ δὲ μῆνα, τοῖς δὲ μῆτε τινὰ μοῖραν τάττωμεν μῆτε τινὰ χρόνον, ἐν ᾧ διεξέρχεται τὸν αὐτοῦ πόλον, ξυκαναποτελῶν κόσμον, ὃν ἔταξε λόγος ὁ πάντων 5  
 V 38 θεϊότατος ὄρατόν. ὃν ὁ μὲν εὐδαίμων πρῶτον μὲν ἐθαύμασεν, ἔπειτα δὲ ἔρωτα ἔσχε τοῦ καταμαθεῖν, ὅποσα θνητῇ φύσει δυνατὰ, ἡγούμενος ἄρισθ' οὕτως εὐτυχέστατά τε διάξειν τὸν βίον τελευτήσας τε εἰς τόπους ἡξειν προσήκοντας ἀρετῇ.» λόγον καλῶν τὸν δημιουργόν, τούτου τε τὴν  
 U 48 θεωρίαν καὶ ζῶσι καὶ τελευτήσασιν εὐδαιμονίας αἰτίαν ἀνθρώποις οἰόμενος. 10 καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑρμείαν τε καὶ Ἐρατον καὶ Κορίσκον ἐπιστολῇ· »ταύτην τὴν ἐπιστολὴν πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας, φησὶν, ἀναγνῶναι χρή, μάλιστα μὲν ἀθρόους, εἰ δὲ μὴ, κατὰ δύο, κοινῇ κατὰ δύναμιν, ὡς οἶόν τ' ἐστὶ πλειστάκις, καὶ χρῆσθαι συνθήκῃ καὶ νόμῳ κυρίῳ, ὃ ἐστὶ δίκαιον, ἐπομνύοντας σπουδῇ τε μάλᾳ μὴ ἀμούσῳ καὶ τῇ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδείᾳ, 15 καὶ τὸν τῶν πάντων θεὸν ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον ἐπομνύοντας, ὃν, ἂν οὕτως φιλοσοφῶμεν, εἰσόμεθα πάντες σαφῶς εἰς δύναμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων.»
- Καὶ ταῦτα μὲν Πλάτωνος ἐκ πολλῶν ὀλίγα. Πλατωνικῶν δὲ τῶν γε γνησιωτέρων Πλωτῖνος μὲν ἐν τῷ περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων, 20 ὅπου μὴδ' αὐτὴν τὴν τοῦ λόγου ἐπιγραφὴν ἀσκέπτως παρέλθῃς, ὑποστάσεις  
 B 30 λέγοντος καὶ ταύτας τρεῖς, καὶ αὐταῖς γε ταῖς ἡμετέραις χρωμένου λέξεσιν, ἐν τούτῳ οὖν μετ' ἄλλα πολλά· »τὸ δὴ αἰεὶ τέλειον, φησὶν, αἰεὶ καὶ αἰδῖον γεννᾷ, καὶ ἔλαττον ἑαυτοῦ γεννᾷ. τί οὖν χρή περὶ τοῦ τελειοτάτου λέγειν; μὴδὲν ἀπ' αὐτοῦ, ἢ τὰ μέγιστα μετ' αὐτό. μέγιστον μὲν δὴ μετ' αὐτὸ νοῦς καὶ 25 δεῦτερον. καὶ γὰρ ὁρᾷ ὁ νοῦς ἐκεῖνο καὶ δεῖται αὐτοῦ μόνου, ἐκεῖνο δὲ τούτου οὐδέν. καὶ τὸ γεννώμενον ἀπὸ τοῦ κρείττονος νοῦ νοῦν εἶναι. καὶ  
 U 48 κρείττων ἀπάντων νοῦς, ὅτι τὰ ἄλλα μετ' αὐτόν.» »ποθεῖ δὲ πᾶν τὸ γεννησάν καὶ τοῦτο ἀγαπᾷ, καὶ μάλιστα, ὅταν ᾧσι μόνοι τὸ γεννησάν καὶ τὸ γεγεννη-  
 V 38 μένον. ὅταν δὲ καὶ τὸ ἄριστον ἦ τὸ γεννησάν, ἐξ ἀνάγκης σύνεστιν αὐτῷ, 30 ὡς τῇ ἑτερότητι μόνον κεχωρίσθαι. εἰκόνα δὲ ἐκείνου εἶναι λέγομεν τὸν νοῦν. δεῖ γὰρ σαφέστερον λέγειν.» καὶ μετὰ τινά· »διὰ τοῦτο καὶ τὰ Πλάτωνος τριττὰ πάντα. περὶ τὸν πάντων βασιλέα φησὶ τὰ πάντα, καὶ δεῦτερον περὶ τὰ δεύτερα, καὶ περὶ τὰ τρίτα τρίτον. λέγει δὲ καὶ τοῦ αἰτίου εἶναι πατέρα, αἰτίον μὲν τὸν νοῦν λέγων· δημιουργὸς γὰρ ὁ νοῦς αὐτῷ.» »τοῦ δὲ 35 αἰτίου νοῦ ὄντος πατέρα φησὶ τὰγαθὸν καὶ τὸ ἐπέκεινα νοῦ καὶ ἐπέκεινα οὐσίας. πολλαχοῦ δὲ τὸ ὄν καὶ τὸν νοῦν τὴν ἰδέαν λέγει. ὥστε φανερόν εἶναι ἐκ τούτων »Πλάτωνά εἰδέναι ἐκ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ τὸν νοῦν, ἐκ δὲ τοῦ νοῦ τὴν ψυχὴν« τὸ εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν λαμβάνειν. Πορφύριος δὲ μάρτυρι

11 τε U δὲ B V | 15 μάλᾳ] ἄμα Burnet | 17 οὕτως] ὄντως Burnet

2 Plat. Epin. 986 c. d. | 11 Plat. Ep. VII. 323 c. d. | 23 Plotin. Ennead. V. 1 Περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων 6 sq. | 32 Plotin. l. c. 8 | 33 cf. Plat. Ep. II. 312 c.